

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9288

Auteur(s) : Raoul de Fougères [particulier]

Bénéficiaire(s) : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1155, octobre

Lieu d'émission : Fougères

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Raoul de Fougères amortit plusieurs terres au profit de l'abbaye de Savigny.

Tableau de la tradition

Original

A. Rouen, Bibl. mun., collection Leber, 3122, n° 3.

Éditions principales

a. MORICE Hyacinthe, Mémoires pour servir de preuves à l'histoire ecclésiastique et civile de Bretagne, tirés des archives de cette province, de celles d'Angleterre, des recueils de plusieurs sçavans Antiquaires, et mis en ordre, Paris, Imprimerie Charles Osmont, 1742-1746, 3 vol, t. 1, col. 623 (copie partielle).

Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Redonensi, n° XLII)

Texte d'après A

Radulfus Dei gracia dominus Filgeriarum, omnibus baronibus suis et omnibus fidelibus hominibus suis tocius terre sue salutem. Notum sit vobis presentibus atque futuris quod Rogerius Viarius et Marchisius filius ejus, anno ab Incarnatione Domini MCLV, mense octobre, Filgeriis, in aula mea coram me et coram baronibus meis, concesserunt ecclesie et monachis Savigneii in perpetuam elemosinam in Lovigneio viariam cum pertinenciis suis terre de Duillet quam terram cum pertinenciis suis donaverunt eidem ecclesie et monachis Savigneii. Herveus de Lineriis et filii ejus Henrici et Robertus et homines eorum et viariam cum pertinenciis suis terre de Boolasa, quam terram cum pertinenciis suis donaverunt ecclesie et monachis Savigneii. Hamelinus de Lovigneio et filii ejus et homines eorum ei in Loratorio concesserunt terras cum pertinenciis suis quas homines eorum. Rogerius Fulcuinus scilicet et Gaufridus de Botella et Robertus filius ejus domini Rogerii Fulcuini et Guillelmo Canoart et filii ejus Robertus et Haimo donaverunt ecclesie et monachis Savigneii et totam decimam terre sue de Loratorio et iterum in Luvigneio concesserunt totam terram cum stagno et molendino et aliis pertinenciis suis quam donaverunt ecclesie et monachis Savigneii. Paganus Sanseline et Pichon de Valhai et Guillelmus Carbonarius et filii et parentes eorum quam terram cum appendiciis suis. Ipse Rogerius Viarius et amici ejus eidem ecclesie et monachis Savigneii diu calumpniati fuerant et postea, dimissa calumpnia in bono et in pace concesserant et cum istis beneficiis. Idem

Rogerus Viarius et Marchisius filius ejus et Hamelinus Brectas nepos ipsius concesserunt semet ipsos ecclesie Savigneii ad vitam et ad mortem, ad vitam scilicet ut in ea et monachi fieri ut secundum ordinem quando eis placeret et ad mortem ut ibidem sepelirentur et in seculo mori contingeret. Sciendum vero est quod omnes has terras istasque elemosinas quas hic enumeravimus prefatus Rogerus Viarius et Marchisius filius ejus diu antea concesserant et ecclesia et monachi Savigneii longo tempore possederant, sed ad confirmationem elemosinarum coram me et baronibus meis sicut prediximus iterum concesserunt et in manu mea ipsas elemosinas custodiendas atque defendendas ecclesie Savigneii posuerunt et ego suscipiens eas de manibus eorum posui in manu Ricardi abbatis Savigneii et monachorum qui cum eo erant et concessi eas ecclesie et monachis Savigneii in perpetua elemosina possidendas, liberas et quietas et ab omni servicio et consuetudine absolutas sicut elemosinas Deo donatas pro remissione peccatorum nostrorum et redemptione animarum nostrarum. Istarum autem donationum atque concessionum fuerunt testes Johannes de Combortilleio monachus Savigneii et Petrus de Tuscha canonicus Rislei et magister Guido et Guido filius Guillelmi et Sequartus frater ejus et Nicholaus de Poleio et Guillelmo de Sancto Stephano et Robertus de Rocha et Gaufridus abbas et Juhellus frater ejus, et Henricus de Castellerio et Guerrehes et Leones fratres ejus et Galterius de Serlando et Gaufridus de Sancto Medardo et Hasculfus Rualdus et multi alii.